



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

107 Privilegia ordinis Hierosolymitani, quibus non suffragentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

rum eorum, illiusque exercituum, & sacramentorum administrationem respiciunt, quam, tanquam Sedis Apost. delegati, gratis & absque ulla ejusdem Religionis rectorum, & ministrorum impensa, & onere facere possunt, ut in ead. Bull. Pij V. cap. 139. incip. exposcit, & Gregor. XIII. cap. 88. incipien. consuevit sedes.

106 Secundò limitatur, † quoad personas vicariorum, militum, capellanorum, ministrorum servientium, adscriptorum, colonorum, procuratorum, ac familiarium eorundem, qui ecclesiis, aliisque locis dictorum militum actu non serviant, & intra eorum domos non resident, nec sub eorum obedientia vivunt, & qui legitime, ac secundum regulam dictæ Religionis professionem non fecerunt, contra quos Ordinarii, tanquam Sedis Apostolicæ delegati, habent jurisdictionem, & procedere possunt, concil. Trid. cap. 11. de reformatione. sess. 24. & Bull. Greg. XIII. cap. 67. incip. *circumspecta in omnibus*. & fuit decisum à sacra congreg. concil. ut in decis. manu script. mibi 146. quæ limitatio oritur, etiam ex dispositione eorundem privilegiorum ejusdem Religionis, quibus cavetur, † quòd privilegii tantummodo gaudeant, qui à Magistro, seu de ejus licentia habitum susceperunt, & professionem emisissent, nec v. g. abundis suffragentur. eo. Bull. Pij IV. fol. 669. ante medium. vers. quodque illi, quia privilegia sunt concessa principaliter in favorem Religionis, &

secundariò, personarum, quæ illi inserviunt.

Non viventes autem sub obedientia, nec inservientes, minusque residentes, aut legitime non professi, privilegiis gaudere non debent, quia cessat causa, ob quam fuerunt concessa. cap. cum cessante de appell. Felyn. in cap. cum accessissent. num. 24. const.

108 Ideo privilegium † concessum monachis, licet non sint clerici, super immunitate tutelæ, procedit, si in ecclesiis commorentur, non autem, si vagentur cap. generaliter, & ibi glo. in ver. devagantes. 16. quest. 1. & propter officium † datur beneficium, sed scæminas sibi concubinas, ut sponsas eligentes, & ob fornicationem officium dimittentes, amittunt beneficia. cap. si quis sacerdotum, & cap. eos etiam 2. dist. † Et cum parochiales conferantur, ut parochi per ipsos deserviant, & resideant, non residentes sunt beneficiis privandi, cap. quia nonnulli, & cap. relatum. de cler. non resid. Conc. Trid. cap. 1. post med. ver. eadem omnino. sess. 23. de reformatione. & Pius V. in Bull. cap. 64. incipien. cupientes, † Quia etiam beneficia dantur, ut ecclesiis inserviat, si quis beneficiatus fuerit excommunicatus proventus Ecclesiastici sunt ei subtrahendi capitulo postoralis. in fine, de appellatione. & cap. latentes, de cleric. excomm. vel depof. quia, cum sit extra ecclesiam, nomine Ecclesiæ nihil potest possidere. cap. quo jure. vers. item relegantur. 8. dist. cap. eos qui 32. dist. & cap. quod autem 23. quest. 7.

DE